

* P * V * I * S *

* 1 * 6 * 2 * 4 *



- I. Paraphrasis Psalmi LXXXII M. Zachariae Wennenezeri
- II. Psalmi Davidici 121. 91. 125. 124. Gregorij Bersmanni.
- III. Oratio de Christo recens nato Joachimi Flemingi
- IV. Lessius Casareus Cyriaci Herdesiani sup obitum Rudolphi Imperatoris
- V. Soteria Dn. Johanni Georgio Saxonum Duci Academiae Wittebergensis.
- VI. Votivus applausus Dn. Hug: Principi Anhaltino administrationem principatus Cisalpinii suscipienti Frederici Theodori Gorlicio
- VII. Theophrastus in qua ad Dn. Augustum Principem Anhaltinum Thomazij causa servestanae iezehum M. Teti a fena.
- X. Epithalamium Marci Frederici Wendelinii ad Dn. Augustum Ducem Brunovicensium.
- II. Epithalamium ad eundem principem Jani Cremeri.
- III. Ecloga Gregorij Bersmanni Rudolpho Principi Anhaltino sponso scripta.
- XI. Theophrastus in qua ad Dn. Rudolpho Princ: Anhaltino scripta a Collegis Scholae Servestanae.
- XII. Epicedium in obitum Dn. Rudolphi Princ: Anhaltini Abrahami Cremeri.
- XIII. Strena Poetica Christophori Heroldi.
- XIV. Querele Saravictoris et Biomeae.
- XV. Gregorij Bersmanni in pontem sablicium Debaensem Carmen Graecum.
- XVI. Joachimi Flemingi Piculum Scholasticum.
- XVII. Abrahami Vrici Diagrapha Laboris Scholastici.
- XVIII. Coronis Collegio Disputatorio et Oratorio imposita.
- XIX. Typus Depositionis Scholasticae Frederici Widebrami
- X. Bulla Amuletum M. Bloey.
- CI. Oda honoribus Dn. Danielis Burchardi Dn. Johannis Christophori Hartmanni. Dn. Philippi Meudligeri. Dn. Matthaei Coleri Doctorum scripta.
- XXII. Gratiarum Actio M. Johannis Copperij post Magistratum cultum pronuntiata.
- XXIII. Epigramma in Cerevisia Servestanae Danielis Burchardi.
- XXIV. Dehortatio a Calumnias
- XXV. Germania ad Principem epistola Ad: Martino Pratorio.
- XXVI. Votum Scholae Vesaliensis
- XXVII. Theophrastus in qua ad Dn. Johannem Stunium.
- XXVIII. In honorem Magistrus Dn. Johannis Gualtalo-Saxonis.
- XXIX. Trizinta Jeverum M. Christiani Galli
- XXX. Adami Forweroy Frederici Strenis Ernesti Wulstorgij.
- XXXI. Eorundem
- XXXII. Juvenum 37. M. Theophili Carisberi
- XXXIII. Johannis Cremeri.
- XXXIV. In honorem Notarii Valerij ni Gelani.
- XXXV. Strena anagrammatum quadrifida Christophori Heroldi.
- XXXVI. In nuptias Dn. Wolfgangi Amlingi 4. V. D.
- XXXVII. Eiusdem Johannis Nicolai May.



#83

ΕΤΦΗΜΙΑΙ ΓΑΜΗΛΙΟΙ

Honori Nuptiarum

Viri Consultissimi Clarissimi Hu-
manissimi

DN. ZACHARIÆ

FINGERLINGII J. U. CAN-

didati Reipubl. Servestanæ Syndici

Solertissimi

S P O N S I

Celebratarum cum

Virgine Lectissima Pudicissimâ

M A R I A

Viri quondam Ornatisimi

Dn. CASPARIS HANELII

Civis Servestani primarii p. m.

relictâ Filiâ

Viri Excellentissimi Clarissimi

DN. NATHANIS VOITI

Medicinæ Doctoris & Poliatri Serve-

stani fidelissimi Privignâ

S P O N S A

Nuncupatæ ab Amicis.

A. D. V. Non. Maji Juliani

Anno Clj. IjC. XXIV.

Excudebat Zacharias Dörfferus.

ANNO M. DC. XXIV.



Ad Clarissimum & doctissimum
Vnum

DR. ZACHARIAM FIN

GERLINGIUM, J. U. CAN.

did: Servellanae Reipublicae

Syndicus

SPONSUM

Anteola, tumidi pretiosus ut emtor
honoris

Non ante elato vertice ferta gerit;

Quamvis lassum felix arvensis victor arena;

Extulerit populo vota ferente pedem;

Sic te victicem VIRIUS atollere dextram

E gemino voluit pallore, diva patens;


Ante tuo capiti quam lectum imponeret, nam

Victori laurum ferre parata vivo.

Hinc te Lencoree quondam objecisse palastrae

Gessit, ingens signa datur a tur

Vidit A 2



I.

Ad Clarissimum & doctissimum
Virum,

DN. ZACHARIAM FIN-
GERLINGIUM, J. U. CAN-
did: Servestanæ Reipublicæ
Syndicum,

SPONSUM.



*Aureole, tumidi pretiosus ut emtor
honoris
Non antè elato vertice ferta gerit;
Quàm lassum felix attritâ victor arenâ
Extulerit, populo vota ferente, pedem:
Sic te victricem VIRTUS attollere dextram
E gemino voluit pulvere, diva parens;
Antè tuo capiti quàm sertum imponeret, uni
Victori laurum ferre parata viro.
Hinc te Leucoræ quondam objecisse palæstræ
Gestiit, ingenii signa datura tui:*

A 2

Vidit



Vidit et applausit; toto admirante Lycéo,
Et capiti Laurum jam meditante tuo.
Abnuat Alma Parens: titulum haud indiga
Virtus
Occinuit: titulorū haud amo, malo Virum.
Altius huic nostro sulcādum est equor Alumno,
Nobilior capiti danda corona sacro.
Dixerat, & Sorabūm circumspectante Senatu
Linguā Oratorem iudicioq; gravem:
Te digito exerto monstravit, Sponse, regundis
Iudiciis Sorabūm consiliisq; parem.
Te videre Patres, visum cupiere, potiti
Exultabundo, quem cupiere, sinu.
Leucoreæ nuper sparsam praesentia famam
Auxit, in officii lumine crevit honos.
Te moderatorem juris venerantur et equi
Cum populo Patres, ipsaq; culpa rei.
In dubiis vigilat rebus prudentia, navim
Scyllam inter solers atq; Charybdi agit.
Extat in adversis animi praesentia rebus,
Et timidis medius cras fore semper ait.

En

En gemino, VIRTUS insit, de pulvere Victor

Sublime è terris tollit ad astra caput:

Laureolæ pridem geminae maturus iniquas
Traxit in hanc horam, me remorante, moras.

Digne coronari gemino diademate, Alumne,

Ecquæ par geminae danda Corona tibi?

Quæ dubiam felix mentem extricabit Oliva,

Aut quæ par Laurus una duabus erit?

Hesit? Ad Handeliã cum lumina ferret Olivam

Nil hesit, Laurum visa videre tamen:

Fertilitas Oleæ fuerat, viridis coma Laurus,

Ominis egregii nobile germen erat.

Qui reliquos ramus supra caput extulit omnes,

Frugè gravis, viridi luxuriansq; comâ:

Nostrâ, inquit, cæsum dextrâ tibi nobile germen

Herculei nisus præmia, Victor, habe.

Hoc tibi cingo caput, quo nil tibi Leucoris olim,

Nil Sorabûm potuit reddere majus ager.

Hæc Sponso Sponseq; tulit præconia VIRTUS:

Arbitrio nostro nil opus esse reor:

A 3

Nil:

*Nil: nisi florentē ut Sponsam tibi grater, amice,
Florentem et Sponsum, Spōsa venusta, tibi.*

Marcus Fridericus

VVendelinus

G. A. R.

II.

ALIUD.

Decantent alii *Sponsū, Sponsamq;* vehendos
Laudibus. Hos celebrem, non reor esse
meum.

Nam *virtus* celebrat *Sponsum:* cui *Suada* mini-

Mixtos melle fonos: quē *Themis* alma beat.

Felix, cui nomen *Virtus:* cui *coelica* donat

Suada fonos: *Themidos* quiq; *decore* viget!

Quid memorē *Sponsam?* cui nil *divina* negavit

Gratia, quod *nympham* condecorare queat!

Frontis enim *roseam* speciem *Venus* aurea:

mentis

Dona Minerva dedit: *flectit* et ora *Charis.*

Felix

Felix illa mihi *Sponsa* est: cui fronte sedebunt
Gasta Venus: Pallas mente: sed ore *Charis*?

Abraamus Cremerus Senior,
Ecclesie Lindovien-
sis pastor.

III.

ALIUD

Publica jamdudum sibi credita munia rara
Nata pater vidit dexteritate Domi
Tractare Fingerlingium:
Nuper in Illustri commissa negotia coetu
Sala pari vidit dexteritate Foris
Tractare Fingerlingium:
Vidit & applausit tam raris dotibus, hasq;
Ornandas dono splendidiore ratus
Insigniori praemio,

Haud,

Felix

Haud, ait, haud tantos frustra subiisse labores
Fas erat: Excipiet Nuta, quod opto, virum
Domum reversum munere.

Excepit, simul atq; domum fuit inde reversus,
Hujus in amplexus namq; Puella datur
Virtute multâ nobilis:

Sponsa Puella datur, veri studiosa Jehovæ,
Insignis Forma, clara Pudore; bonæ
Pollens Maritæ dotibus.

Sponsa Maria venit Tibi Sponse futura laboris
Omnis, itemq; mali fida futura comes,
Comes futura gaudii:

Hoc tanto lætare bono, lætare fideli
Hac sociâ, legit quam Deus ipse Tibi
Multis Maritam è millibus.

At vos florentes servet, beet, augeat omni
Munere præsentis gratia larga Dei,
Votiq; reddat compotes.

Fœcundet largè Domini benedictio vestram
Larga Domum largo fœnore, Prole Torum
Cingente Mensam patriam.

Numi-

Numine foecundet praesenti coepta, secundet
Ipse Deus quovis tempore ritè Domi
Vestros labores & Foris.

*Dn. Compatri & Amico
honorando f.*

*M. Petrus à Jena
Scholæ Rector.*

IV.

*Ad Claris. & Prestantiss.
Dn. Sponsum.*

Certè beatum, Sponse, vocabo te!
Cum tam benigni sint superi tuæ
Festivitati nuptiarum,
Atq; tuis, nove Sponse, tædis.

Congratulatur vere novo novis
Natura rerum prodiga gaudiis,
Nunc delicatis aura ventis
Spirat, & exhilarat colonos.

En jam videbis mane sub aureo,
Sub nocte fera, ipsoq; crepusculo,

B

Par-

Parvas catervatim in latebris
Luxuriare suis volucres.
Ut expedito carmine compleant
Olympum! ut aures sollicitent DEI!
Ut cantiones pertinaci
Ingeminent studio canoras!
Occasionem hanc, ceu reor, arripis,
O Sponse, ut es multum catus & sagax,
Rerumq; prudens temporisq;
Censor & optimus æstimator.
Nam pulchram, honestam, floridam, amabilem,
Vernantis anni vere novitio
Selectiori Soraborum
De grege ducis amice Sponsam.
Sponse ergo segni subtrahere moræ,
Hortumq; Sponsæ gnaviter excole,
Tam fructuoso, tam feraci
Tempore, tamq; voluptuoso.
Vernans priusquam defluat integræ
Succus juventutis, caput albicet,
Mentumq; canis, fronsq; rugis.
Inficiatur & inquinetur.
Fructus brevi sic deinde videbitis,
Pulcras, decoras ordine plantulas,

Prolem

Prolem tenellam, masculinam
Et generis quoq; foeminini.
O ter beatos! quos ita vivere
Sancto coegit foedere castitas,
Hæc Musa vobis vota reddens
Ut decet, & licuit, precatur.

honoris ergo Scrib.

M. Martinus Cramer

Schola Conv.



V.

A L I U D.

Quem Themis alma virum multo ditavit
honore,
Amula nunc casto ditat amore Venus.
Illa bonæ mentis formam tibi, SPONSE, refinxit;
Sed reddet vultus hæc simulacra Tui.
Illa decus famæ responsis juris & equi:
Hæc prole addidicit perpetuare genus.
Utraq; diverso quantumvis ordine, Diva
Nomen ad æternum sternere docta viam.

Prolem

B 2

Quis



Quis non miretur? Divarum hæc amula vota
Æquarunt olim Pergama celsa solo.
Nunc verò gratis vicibus supplere laborant,
Quod vel natura mors inimica negat.
Nunc, Et vultus hominum mors destrue, densa
Funera, nec doctis parcere perge viris.
Hi quoq; post cineres vivunt, quos gloria dives,
Et castus thalamus fertilitate beat!

T. Clar.

Cum observantia devinctis.

Martinus Milagius.

VI.

ALIUD.

Non malè conveniunt celebrandis tem-
pora tædis,
Quæ sunt conjugio, Sponse, dicata tuo.
Nam varios tellus profert de semine flores:
Et rutilus fulget Phæbus ab axe poli.

Scllicet

Scilicet hanc rerum faciem spectavit *Adamus*,
Cum sanxit primi fœdera *Jhova* tori.

Adde, quod in templo, quæ sit bona forma
precandi,

Mysta docet, cœlos nunc ubi *Christus* adit.

Vnde tuus doceat, quo *Sponsam* amplecteris,

Quo Deus illustret cœlitq; igne suos. (ardor,

Vnde tuæ, erga te, doceat pia *flammula* spōsæ,

Quanto *mens orans* flagret amore Dei.

Immò, qua tandem ratione petatur *olympus*:

Christus ubi nobis *gaudia firma* locat.

Felices Sponfos, qui sic meditantur amores:

Sponsum ut ament linguâ, mente, animoq;
Deum!

Illos *binus amor* tenet: illos *bina voluptas*

Afficit: una *Solo* quæ datur, una *polo*.

Utraq; *Sponse* tuas, *voceo*, circumvolet ædes

Quid quæso majus, quod precor, orbis ha-
bet?

Abrahamus Cremerus Junior,

*in Schola Servestana do-
cent: collega.*

Aliud.

VII.

ALIUD.

Scilicet ut primi viduam si ducō, mariti
Dedoceam mores, edoceamq̄ meos?
Scilicet. Ha! Viduam ducat, cuiusq̄ lubescit:
In quo quis perit non Ego fonte bibo.
Et repeto, Viduam ducat, cuiusq̄ lubescit,
Non Ego. Virgineos ambio nempe toros.
Nec voto abludis nostro, Lux clara Themistos,
Dum tibi præ viduâ mustea Virgo placet.
Virgo facullarium discit normam, atq̄ mariti:
Virgo igitur tecum conferat arma toro.
At serò viduæ dediscunt jura prioris
Conjugis: Hinc viduas, qui velit, ille petat.

Bonæ scævæ ergo fun-
debat inter occu-
pationes

M. Johannes Cremerus,
Musophilus.

Aliud

VIII.

ALIUD.

PRomissis standum, qui jam vixere solebant
 Dicere majores; verba notanda reor.
 Promissum studeo, quò deducatur in actum;
 Ne videar falsis jungere vera strophis.
 Non solum promissa simul sed grata voluntas
 Pro meritis, quâ te me decet afficere.
 Namq; tui memorem me succurrendo dedisti
 Responsis, operâ, consilioq; tuo.
 Quippe quod Attalicû meritò deposceret aurû,
 At quoniam mihi fors invidiosa negat;
 Hocce tibi exili confectum carmine munus
 Offero, conjugio fausta precorq; tuo.

AThra gratantûm resonat novello
 Vocibus sponso digito Camœnæ
 Affabrè scriptis, citharæq; pulsant
 Fila poetæ:
 Tu rudi versus sed enim Minervâ
 Fronte cantatos capito serenâ:
 Artis ostento nihil, at benigna
 fundo ego vota.

bunA

Numinis



Numinis nutum sequeris supremum
Atq; naturæ monitûs, maritam
Vinculo jungens tibi sempiterno;
Adsit Jhova;
Faxit & cedant tibi cuncta faustè
Ac voluntatem, tibi quæ suasit
Conjugi fœdus, benedictione
Donet ab axe,
Sit pius, felix, thalamus feraxq;
Sitis à litis vacui procellis,
Quidq; vobismet fuerit necessum
Suppetat, optat.

*grati animi & debite obser-
vantia ergò*

*Christophorus Hainius à Le-
wenthall. Rouchonbergâ-Bo-
hemus.*

Brevis allusio

in

Nomen Sponsi.

HÆsito, nū quod habēt vulgati oracula verbi,
Convenient rebus nomina quæq; suis;

En

En *Sponsus Digiti* ducit de nomine nomen,
Nec *Digitis* Sponso Sponfa petita venit.
Sponfa petita venit castis ast *Auribus*, atq;
Candidulis *Oculis* Sponfa petita venit.
Sat *Dotata* venit, quæ sat *morata mariti*
In thalamos, Christo dante favente, datur,
Velle cuiq; suum, suum amare cuiq; cuiq;
Atq; bonum & pulchrum creditur esse suū,
Mimorata placet, placeat *dotata* sed illi,
Qui nescit fidâ fidere mente DEO.
Prima favilla boni *Virtus* est usq; maritis,
Conjugii *Dos* est prima favilla mali.
Dos negat, ast *Virtus* docta est servire marito,
Vivit & arbitriis obsequiosa viri.
Cum verò doti sociatur splendida *Virtus*,
Tunc thalamus duplici nomine lætus adest,
Læto conjugio gaudes jam *Sponse*, per ævum
Ut gaudere queas, voce animoq; precor.

F.

à *Balthasare Kisevvettero*
paranympho.

C

Votum





V O T U M

Nuptiale.

Quam bene quis suum tum tendit rete pue-
lis,

Si Fortuna favet, si quoq; Fata favent.
Quam bene, congeries si non opulenta metalli
Jungit, sed Fatum jungit amore Duos.

En tibi, Lux Themidos, Fato est adjuncta Marita,
Quæ valet ingenio, quæ pietate valet,

Quam Morum gravitas & honestæ gloria vitæ,
Quam bona commendat, Gratia Fama, Pudor.

Ergo age de tali gaude tibi Sponse, Maritâ,

Quæ venit his tantis dotibus aucta tibi.

In placidos hanc sume sinus, sit firma colūmna,

Sit tibi fida comes, comis alumna tibi

Hancce cole, hancce cale, Sponse hanc amplecte-
re lætus,

Hancce fove, huic labris oscula fige tuis.

Vivite Nestorios ambo feliciter annos.

Non turbet vestrum livè dolusve torum.

Can-



Candida vos pax & concordia læta coronet
Non pariat vobis garrula lingua malum.
Voti hæc summa mei. Rata tu vota esse jubeto,
Qui mare, qui terras, flectis & astra, Deus.

Adjiciebat

Christophorus Teichman
Paranymphus.

F I N I S.



Quidamque patet concordia lris con
Tropis in vobis
Verba lina ma mel. Nam tu voras ab
Qui mare quibus

Christophorus

F. 1. 1. 2.



Id 4206
g

ULB Halle

3

004 167 287



f
56

Sik. 18 u. 25 nicht in PICA,
da Hschr. +90


8-14


24 VD 17

10. Aug.
Jul. 01

M







Farbkarte #13

B.I.G.



... I OI
... s fimi Hu-

ARIAE

J. U. CAN-
nae Syndici

... icissimã

A
... fimi
NELII
p. m.

... mi
VOITI
ri Serve-

... s.
... ani

... örfferus.